

affectum; tum de ratione eisdem et concitandi; et sedandi, egris, dixerunt. Id tamen lectorum monitum velim, virum celeberrimum, quod systemati harmoniae praestabilitate plus aequo adhaerat, totam esse in contemplanda anima a corpore penitus abstracta; inde certe sit, ut complura ipsius ratiocinia tum nisi esse nequeant, cum affectuum in animo exsurgentium vere reales in corpore cassas experimur.

Schol. Me tamen judice omnium accuratissima affectum distributio ea est, quam supra in corollario insinuavi, existimo enim gaudium, et tristitiam duos esse omnium reliquorum fontes, propterea que recte primigenios dici. Ut autem prospicias, quo modo omnes alii ex his fontibus promanent, haec ex Boehmio accipe (*Psych. emp.*, s. 2. c. 2. §§. 48. 81. nos. not.). Gaudium ex fine mali (est) hilaritas; ex bono futuro incertior spes; ex certiori, felicitas; ex conatu bonum obtinendi cupiditas; cupiditas erga bonum difficulter obtinendi conjuncta, cum fiducia difficultates superandas animositas; gaudium ex iis, que a nobis benefacta putamus, aciescentia; ex benigno alterorum de nobis iudicio gloria; ex alterius perfectione amor; amor erga benefactorem proprius beneficii gratitudo; amor singularis propter praestantiora animi dona favor gaudium ex alterius imperfectione malevolentia; ex absurdo risus. Tristitia ex difficultate boni obtinendi pusillanimitas; ex mora boni sperati desiderium; ex ante bono viso fastidium; ex malo quod nobis obirent posset, metus; ex malo approximante timor; ex malo ingenti horror; ex malo intolerabili, et inevitabili desperatio; ex malo improviso terror; ex iis, quae a nobis male facta putantur, poenitentia; ex sinistro alterum de nobis iudicio pudor; ex alterius imperfectione commiseratio; ex alterius perfectione odio; ex alterius perfectione, quatenus illam nobis, vel amatis evenire optamus, invidia; ex injuria nobis illata indignatio; indignatio cum odio ira.

AFFECTUS CONSEQUENTUR NATURAM HUMANAM, ET MULTAM HABENT UTILITATEM.

CIII. *Affectus sunt naturalia humana naturae consecutaria.* Cum enim natura humana finita sit, et mortalis, sibiique ad perfectam beatitudinem, quam ardentissimo desiderat, sola non sufficiat, prorsus naturaliter fit, ut perceptionibus boni, aut malorum commoveratur, ibique ad appetendum, quod partem perfectas felicitatis constitueret; hic ad propulsandum, quod beatitati obstat videtur, impellatur: quare cum appetitiones, et aversationes fortiores, quae similiter ratione ex clarioribus boni, aut malorum perceptionibus naturaliter oriuntur, affectus sint (*q. praece. j.*) manifestus est affectus esse naturalia humanae naturae consecutaria.

Schol. Verum non modo naturaliter humanam naturam consequuntur affectus; sed admodum utilis sunt, si modo justos intra limi-

tes a ratione constringantur. Nihil certe valde magni, egregii, aut ardui praestitum unquam est sine aliquo affectu. Tum ad ipsam hominem, ac rerum publicarum integrarum conservationem necessarii sunt; neque enim homo conservari potest, nisi honorum possessione, ac malorum declinatione; id vero, qui fiat, nisi natura ipsa impellente ad bona percepta pro ratione bonitatis representata inclinetur, intelligi non potest. Deinde societas humanae, quacumque aut amore, aut timore tam iniri, quam conservari quis ignorat? Tollit haec vincula, et suavissimae civium conspirantium harmoniae loco odia, inimicitias, rixas, ac insidias suscitabit. Praeclarum Genensis (*ELEM. MET. p. 1. c. 6. prop. 59. sch. fin.*): *Ratio recta nullo impetu usori affectu concitante, constantius operatur, et aequalibus; sed eximium quidquam, et distinctum effectus numerum.* Eadem, ubi natura vehementissime affectus est, velut erigitur, ac, licet paulo turbulentus, efficit tamen, quae mala videri possent naturam humanae vires, omnes ignorantibus. Itaque Plato saepe scribit, magnorum virorum suis se nemini sine entusiasmo gloriam, id est, sine vehementiori affectu. Cur ratione ligatur insanisse censendi sunt Stoici, qui duce Zenone docuerant affectus omnes sine discrimine (*Laert. de vit. phil. l. 7. segm. 110.*) morbos esse animi; *praeter naturales motiones: aversas a recta ratione contra naturam animi commotiones,* proptereaque in sapientem minime cadere (*Cit. de fin. l. 2.*); haec enim instituto non modo aliud postulat, quod supra naturae humanae vires ponitur; sed et hominem necessariis magna gerendti, ardua consilia et suspicendi, et exsequendi instrumentis, ac sapientem sapientia expoliat: de hac Stoicorum disciplina ad Tullium, qui eam multis persecutus est (*Q. tusc. l. 4. c. 6. seqq.*). Sapientius Aristoteles ad Nicomachum scribens praecipit, affectus esse virtutum materiem, virtutemque in eo sitam esse, ut animi affectus temperet, ac ita coerceat, ut apta efficiantur subsidia ad veram beatitudinem consequendam. Quare labor nositer non tam in eo versari debet, ut omnes animi affectiones radicitus evellantur; id enim humanae naturae condito minime patitur; quam ut easdem in ictis frenis rationi obtemperare doceamus. Sed hoc jam ad philosophiam moralern pertinet.

SECTIO III.

DE FACULTATE VOLENDI.

QUOD SECTIONIS ARGUMENTUM?

CIV. Venio ad tertiam animae nostrae facultatem sensu intimo cognitam, quam ego facultatem volendi, seu voluntatem voco. Disputandum hic principe loco, quid ea sit, in quoce proprie constituta; deinde singularis, solique illi competens praerogativa expendenda: libertatem intelligi; de qua, quae utiliter dici possunt, ad

duo somma capita revocaturus, de natura illius primum; tum de extensitate disputatur. Habet igitur sectionis argumentum.

Schol. Libertate humana aut penitus sublata; aut perperam explicata tota ruit philosophia moralis; hac vero eversa ipsa quoque religio non revelata modo, sed et naturalis collabitur. Inde argumentum hujus gravitas perspicue intelligitur: quare nemo nisi virtus dederit, si in eo pertractando longior furo. Hostes plurimi sunt, et acerrimi: alii aperto marte: alii per cuniculos libertatem invadunt, ut eorum impetus propulsentur, horum insidiae detegantur, magno molimine opus est.

C A P U T I.

De Spontaneitate, et Voluntate.

Quid, et Quotuplex Spontaneitas?

CV. Spontaneitas late accepta est facultas qua ens per principium efficiens internum, seu per vim sibi insitum sine principio efficiens externi concursu se ad actionem determinare potest. Spontaneitas vero accuratius accepta, seu arbitrius est facultas, qua ens se ipsum sine principio efficiens externi concursu per principium internum, seu per vim suam ad unam prae aliis per eandem vim possibilibus actionem determinare potest.

Coroll. 1. Actiones igitur late spontaneae dici possunt omnes actiones, quae per vim internum efficiuntur, et ens, quod ita agere potest, spontanea: quare elementa corporum late spontanea, et eorum motus late spontanei sunt (cosm. §. 52. cor. 1. §. 53. cor. 1.). Facile inde colligitur, quae actiones stricte spontaneae dici debantur.

Coroll. 2. Eni solum spontaneum, cum semel coepit, agit in serie continua ita, ut status antecedens semper continet rationem sufficientem subsequentis, donec ab externo principio actio impediatur, quemadmodum id in dictis elementis evenit (§§. cit.).

Schol. Admissa haec spontaneitas divisione, variae, quae hac in re obstant, auctorum sententias optime conciliantur. Wolffus (*Psycho. emp.* p. 2. & 2. c. 3. §. 933.) post Leibnitium (*Essai de Théod.* p. 3. §. 289.) ex Aristotele contendit spontaneitatem universi omnibus entibus seu animatis, seu inanimatis tribendum esse, si modo per vim internum sine principio efficiente externo agant, provocatque ad usitatum loquendi usum, quo dicimus ignem sua sponte moveri, aut extinguiri, quod nulla causa externa appareat, quod ipsum moveat, aut extinguat; canem audita hieri voce sua sponte accedere, et quae similia sunt. Verum non minor Leibnitium Wolffum, ac ipsorum sectatores unum hoc spontaneitas genus propagnasse; nam si ipsorum sententiae larvam detrahamus, clarissime patet ipsos spontaneitatem stricte acceptam specioso libertatis, titulo condecorasse. Hinc alii, qui veriora amplectuntur, affirmare

De Spontaneitate, et Voluntate.

pronunciant *ex sponte agere magis determinatum esse, quam per principium internum sine efficiente externo agere;* neque propter ea spontaneitatem, qua spectata etymologia die Willkuhr significet, illo sensu rebus etiam inanimatis competere posse. Opinionem hanc suam quoque fecit Dariesius (*Monad. part. gen. s. 2. c. 2. §. 391.*) unde spontaneitatem definit, principium ensi sufficientem extrinsecum, quo ens sine alterum principiorum effectuum extrinsecorum concurso cum contingentiā formalē agere potest. Illud autem cum contingentiā formalē subjecto competere dicit, cuius oppositum in eodem ente salvo statu antecedente inesse potest. Quodsi jam utramque hanc sententiam paulo accutius examinemus, facile apprehendemus, utrum aliqui veri subesse; illa communī loquendū usū nititur: haec vocabuli etymologia, cui praeterea ex eo magnū pondus accedit, quod philosophi sollicite motus necessarios a spontaneis distinguant, atque inde comprimitis in bellū principium actuum, sive. animis inesse colligant, quod ipsarū motus spontanei sint, non necessarii, quales in inanimatis apprehenduntur. Jam vero per disserim duplice spontaneitatis utriusq[ue] sententia satisfit (*Deleg. nat. pos. c. 1. §. 40.*); et enim posito et inanimatis non prorsus denegatur, et animatis in effectu gradu tribuitur spontaneitas; consentientem habeo per illustrēm de Martini: *spontaneitas, ita sit vir clarissimus, late accepta est facultas ensis per principium efficiens internum aliquid agendi sine externa quadam vi: stricte vero spontaneitas, seu nudum arbitrius est, quae ad actiones physice, et subjective contingentes competit.*

ANIMA GAUDET SPONTANEITATE.

CVI. *Animā gaudet spontaneitate tam late, quam stricte sumta.* Inprimis enim anima est, ens actuum, ac vivens: agit proinde via sua propria, ac sine principio efficiente externo, atque sic sentit, imaginatur, recordatur, attendit, reflectit, ratiocinatur, appetit, vult, atque ad spontaneitatem late sumtam amplius nihil requiritur (§. praece).: igitur animae competit spontaneitas late sumta, atque istud ita in vulgus notum est, ut Wolffus putet neminem, qui quidem terminis significatiū intelligat, de eo dubitare. Deinde enumeratae nunc actiones diversae per eamdem animae vim et possibles sunt, et efficiuntur, cum unum ens unam tantum vim habeat (ott. §. 176. sch.), et anima saepe unam, vel alteram prae omnibus reliquis possibilibus actionibus producit: quin ad id a principio efficiens extrinsecus determinetur, ut sensu intimo patet; ergo anima potest se ipsam sine principio efficiente externo ad unam actionem ex pluribus possibilibus determinare, sed hoc est gaudere spontaneitate stricte sumta (§. praece): ergo anima gaudet spontaneitate stricte sumta.

QUID VOLUNTAS, VOLITIO, ET NOLITIO?

CVII. *Voluntas* est ea animae facultas, qua ipsa se ad bonum, quod appetit, eligendum, aut malum, quodaversatur, fugiendum si-

ne concurso principii efficientis exterior determinare potest. Actus hujus facultatis sunt *volitio et nolitio*: illa est ipsa mentis determinatio ad eligendum bonum, quod appetit, facta sine concurso principii efficientis externi; haec est mentis determinatio ad fugendum malum, quod aversatur, facta sine concurso principii efficientis exteriorum.

Coroll. 1. Voluntas est spontaneitatis stricte sumtae quadam species, sive est spontaneitas stricte sumta summa magis determinata, quamvis nempe ad actiones, quae in electione boni, vel fuga mali, consistunt, refertur.

Coroll. 2. Nolitio non est mera voluntatis negotio; sed actus omnino positivum: *quare non velle, et nolle sensu philosophico diversa sunt.*

FACULTAS COGNOSCENDI VOLUNTATI FACEM PRAEFERT - QUOTUFLUX VOLUNTAS - QUID ARBITRIUM SENSITIVUM? - DEFINITIO VOLUNTATIS VINDICATUR.

CVIII. *Facultas cognoscendi voluntati facem praefert.* Cum enim voluntas tendat ad electionem boni, quod mens appetit, aut ad fugam mali, quod mens aversatur (§. praecl.), appetitus vero, aut aversatio sine representatione boni, aut mali non fiat (§. 92.), etiam voluntas sine representatione boni, aut mali, agere non potest; sed haec representatione ad facultatem cognoscendi pertinet (§. 6.); facultas ergo cognoscitiva haec boni, vel mali representatione facem voluntati praefert.

Coroll. 1. Representationes boni, et mali sunt motiva (§. 99.); igitur voluntas sine motiva agere nequit: quia porro in statu indifferente nulla (§. 85.); in statibus vero aequilibrio, et praeponibili adiut motiva (§. 97. cor. 2.); mens nostra in his potest, in altero non potest aliquid velle.

Coroll. 2. Facultas cognoscitiva vel inferior, vel superior est (§. 7.); igitur voluntas in sermone philosophico duplex est, inferior, et superior, et illa entibus quoque sola inferior cognoscendi facultate instrutis convenire potest.

Schol. 1. Vereor tamen, ne quis aegrius, quam oportet, ferat bellum quoque voluntatem tribui; quare hac vocabuli usi posthac abstineo, partem spontaneitatis, seu arbitrii solum superiorum voluntatum, inferiores vero arbitrium sensitivum compellaturus.

Schol. 2. Res jam postulat, ut definitionem voluntatis supra allatum contra Leibnitianorum, qui eam ex Aristotele aliud esse negant, quam appetitum rationalem imperterritus defendant (*Eth. I. 3. c. 2.*). Confidenter ajo voluntatem appetitum rationalem minime dici posse, nisi sub uno solum conditione infra insinuanda, qua tamen ipsi uti nolunt. Ratio asserti mihi duplex est: 1.) Sensi inimico constat, posse non obiectum abstractum sub ratione boni per intellectum, et rationem representatum, quod propterea appetitum rationali appetimus (§. 100.), eligere, vel non eligere, tametsi inclinationem rationalem versus illud, quam eodem tem-

pore invidi etiam sentimus, impeditre non queamus, idem est de aversatione rationali: unde fit, ut saepissime illud ipsum, quod rationaliter aversamus, reapse tamen eligamus et amplectamur. Sentit exempli causa quin sanguinem nimis concitatum, propterea quo liberaliorem vini haustum sibi nocere judicat, atque hoc no-cumentum sibi distincte ope intellectus, et rationis representat, unde rationalis a vino aversatio in ipso exoritur; at vicious tamen voluptate sensuali vimum liberalius haerit: anno istud infrequens? Quid autem inde colligendum? istud: conscientia teste inesse in nobis facultatem distinctam, qua secundum, vel contra appetitionem non modo sensitivam, verum etiam rationalem agere possimus. Certe universim experimur præter inclinationes illas, quas ad bonum quomodo cumque percepimus necessario sentimus, opus essa nova alia determinatione ad illud reapse eligendum, quae jam vero haec facultas, nisi voluntas igitur ab appetitu rationali distinguida est. Profecto cum facultas generatim aliud non sit, quam possibilis actus, ex diversitate actuum recte arguitur diversitas facultatum (ont. §. 930.); sed actus inclinationium, et aversationum rationalium sunt diversi ab actibus electionis, et fugae: igitur et facultates, a quibus il proficiuntur, in se diversae sunt, voluntas nimicrum et appetitus rationalis.

1.) Si voluntas sit appetitus rationalis, actum est de libertate nostra, quam tamen deinceps demonstrabimus. Est enim appetitus in genere causa necessaria, ejusque actus ex representatione boni, et mali, velut sua ratione sufficiente (§. 92.), necessario proficiunt, neque impeditri possunt, nisi quatenus nonnunquam eas perceptio-nes removentur; cum igitur ex logicas legibus, quaecumque de genere dicuntur, etiam speciebus sub eo contentis convenient, eadem necessitas nominatio tamen de appetitu sensitivo, quam rationali praedictori debet. Et alioquin inter duos hos appetitus aliud discribens non est, quam quod ibi representatione boni sit confusa: hic distincta: castera omnia sunt paria: si igitur appetitus sensitivus non liber, sed necessario agat, quod ejus ratio sufficiens sit representatione boni confusa, ut ipsi Leibnitiani ultra fatentur, et si illi inficiari vellent, brute loquarentur: pariter appetitus rationalis non liber, sed necessario aget, quod ejus ratio sufficiens sit representatione boni distincta; quid enim distinctio illa efficiet? anno ipsa sola totum libertatis pondus sustinebit? Certe neque in nostra semper est potestate distinctam habere representationem vel non; neque si esset, id ad veram libertatis notionem constituantur sufficeret, manifeste enim inde regressus in infinitum profluere, quemadmodum infra ostendam.

Quodsi tamen aliquis hisce omnibus non moveretur, et pertinaciter contendenter appetitiones rationales ad voluntatem pertinere, ostendam illi modum, quo sententiam suam cum aliqua probabilitatis specie tueri possit. Ponamus voluntatem a facultate appetenti di non reapse distinguiri; sed habere ipsa tamen actus duplicitis, ac

omnino diversi generis: posita haec hypothesi voluntas ut facultas saltem aequivalenter duplex considerari debet; nempe ut est facultas appetendi, vel aversandi tam sensitive, quam rationale, et ut est facultas se determinandi ad eligendum bonum, vel fugiendum malum perceptum; illius actus, qui inclinationes, et aversationes sunt, dici poterunt *volitiones*, ac *nolitiones* *ideliberatae*, et *necessariae*: hujus vero *volitiones*, et *nolitiones* *ideliberatae* as *liberae*. En conditionem, de qua supra mentionem feci, sed quae Leibnitianis nihil prorsus prodest, cum ipsi appetitum sensitivum a voluntate separant, et eam in solo appetitu rationali constituant. Solus Dariesius (*Psych. emp.* s. 2. c. 3. §. 108. art. 2.), qui ut ferre alias, ita in hoc quoque argumento plus ceteris sapit, hujus hypothesis usum aliquem fessissime videtur, cum ait: *pater enim ex dictis, me non semper id, quod volo eligere.*

QUID VOLUNTARIUM, NON VOLUNTARIUM, AC INVOLUNTARIUM?

CIX. *Voluntarium generatim*, compare ad eis voluntate instrumentum, dicitur quidquid aliqua ratione a voluntate ipsius pendet, ut *deambulatio sanitatis causa suscepta*. *Non voluntarium*, quod a voluntate quidem non pendet, cui tamen ipsa positive non renitent; ut sunt *motus naturales*, et *vitales in homine*. *Involuntarium*, quod ita a voluntate non pendet, ut ipsa etiam contra nitanatur; ut si quis *rapitur ab equo*.

QUID ACTUS ELICITI, AT IMPERATI? — QUOMODO CONNEXI.

CX. Actus a voluntate pendentes sunt vel *eliciti*, vel *imperati*; illi immediate a voluntate tamquam principio, activo proficiscuntur, sunque solae *volitiones*, et *nolitiones*: hi a facultatibus distinctis, adhuc tamen, sive, ut aijunt, imperium voluntatis efficiuntur, ut *attentio*, et *contemplatio longior alicujus objecti*, locutio, *deambulatio*.

Coroll. Omnis actus imperatus pendet ab aliquo acto elicto, et sine illo absolute poni nequit; imperium enim illud voluntatis vel ipsa voluntio est, vel eamdem certo includit.

NON DANTUR ACTUS ELICITI COACTI, NEQUE IMPERATI: IGITUR NULLI.

CXI. *Voluntas ad actus elictos cogi nequit*. Voluntatem cogere ad actus elictos est illa vi extranea ad diligendum, vel nolendum, cum nullum adest motivum: vel ad volendum id, pro quo pugnat motivum *nolitionis*, et nolendum id, pro quo stat motivum *volitionis*; sed nihil horum fieri potest, cum voluntas sine competente motivo aliquid velle, aut nolle nequeat (§. 108. cor. 1.), ergo voluntas ad actus elictos cogi nequit. Veritatem hanc ipsa quoque conscientia loquitur.

CXII. *Actus imperatus existere nequit sine praevio actu elictio* (§. 110. cor. 1.); sed ad actum illum elictum voluntas cogi nequit (§. praeac.): ergo neque ad actus imperatos voluntas cogi potest.

Coroll. Voluntas igitur nullo modo vi externa cogi potest; nec parti-

ter potest ullus actus a voluntate pendens, qui coactus dici queat: quare omnes actus a voluntate pendentes et voluntarii (§. 109.), et stricte spontanei (§. 105. cor. 1.) sunt.

Schol. Ruit igitur eorum opinatio, qui voluntatem non quidem ad actus elictos, quod docuisse neminem, qui philosophi nomen meretur, scio; sed tamen ad actus imperatos cogi posse putant. Non equidem inficer posse vim quandam extraneam, cui resistere nequeamus, in corpore nobis inferri, ut cum quis ab equo reptatur; vel actionem externam quam ponere volumus, impediti posse, ut si quis deambulare volens vinculis constringatur. At neutrō in causa existunt actus *Imperati*: in priori enim sunt *passiones*: in hoc *omissiones*. Deinde cum reus equuleo tortus scelus constituer, aut mercator in periculo naufragii constitutus merces in mare projicit, neuter ad suum actum imperatum cogit; ille enim confessus dolores, ille mercium electionem ut necessarium vitae conservandae subsidium, volens uterque, eligit.

QUID LIBERTAS A COACTIONE?

CXIII. *Liberum a coactione* dicitur, quod ad actus nos vi extranea cogi nequit. *Libertas* igitur a coactione est immunitas a determinatione ad agendum vi per externam effecta, qua voluntatem in actionibus suis tam elicit, quam imperatis gaudere in aptero. est (§§. 111. 112.).

Schol. Haec libertas, ut expendenti patet, reipso aliud non est, quam mera spontaneitas, ac proinde omni enti, quod vel late spontaneum est, competit; quidquid enim principio intrinsecō agit, a coactione externa liberum sit, necesse est. Immo actio coacta nullo modo intelligi potest cum compareat ad ens nihil actionis nomen mereatur, nisi quod a principio eidem interno proficiscitur; reliqua namque in passionum numero habenda sunt. Quotiescumque igitur mens nostra agit, agit ea cum libertate a coactione: sic liber, et non coacte ipsa percepit objectum rite propositum; sic assentior veritati evidenti; appetit bonum perceptum, et averatur malum representatum; atque istud cum belluiss. ipsis, quin et cum omnibus entibus inanimatis late spontaneis commune habet. Hinc autem perspicuum fit, quam contemptum de anima nostra sentianti philosophi, qui illi praeter libertatem a coactione nullam aliam tribuant; optandum certe potius foret, ut vocabulo libertatis abstinentes occulta sui animi sensa in lucem proferrent; nam dum libertatem magnifice extollunt, magno verborum apparatu nihil dicunt, nisi illud, de quo dubitare nemini unquam in mente venit: incertos tamen interea in gravissimum errorem praecipites agunt. Sed de hoc post videbimus.

VOLITIONES, ET NOLITIONES CONTINGENTES SUNT.

CXIV. *Volitiones*, et *nolitiones animae contingentes sunt*. Animam vult, sed non semper vult, quemadmodum experientia intima do-

72
cet; ergo volitiones animae vi essentiae non tributur; sed quod enti vi essentiae non tributur, contingens est (ont. §. 102.); ergo volitiones animae contingentes sunt. Idem est de nolitionibus.

Coroll. 1. Cuius volitiones, et nolitiones non habeant rationem sufficientem externam, ut deinceps apparebit, manifestum est, ipsas ad modos analogicos pertinere (ont. §. 36.), atque earum contingentiam internam esse (ont. §. 102, cor. 1.).

Coroll. 2. Omnes quoque actus a voluntate imperati similiter contingentes sunt (conf. §. 112.).

C A P U T II.

De Natura Libertatis Humanae.

QUID LIBERTAS, ET QUOTUPLEX?

CXV. *Libertas*, sive *liberum arbitrium*, est voluntas, quatenus ea habitis omnibus ad agendum requisitis potest objectum percepirem velle, vel non velle; velle item aut nolle, aut denique velle hoc, aut illud. Nominatum *libertas exercitii*, seu *contradictionis* appellatur, quatenus potest velle, vel non velle; *contrarietas*, quatenus potest velle, vel nolle; et *specificationis*, quatenus potest velle hoc, vel illud.

Coroll. Vera igitur libertas, et spontanitatem stricte sic dicam (§. 105.), et praevia perceptionem objecti qua boni, vel mali (§. 108. 1.), et contingentiam (§. praec.) involvit (*Essai de Theod. p. 3. §§. 278. 283.*) non tamen his duxtaxat absorbitur, ut Leibnitius contendit, sed illius praestrae essentiam facultas suspendendi actionem etiam tum, cum omnia requisita adsunt, perficiat.

DEFINITIO VINDICATUR.

Schol. De volitionibus, et nolitionibus, utpote solis actionibus elicitiis (§. 110.) mihi hoc loco sermo est: actus enim imperati per se libertatis capaces non sunt sed eam, quia gaudent, ab actionibus eliciti, a quibus necessario pendent (§. cit. coroll.), mutantur, ac ideo *remote* solum, seu *mediate*; nequaque autem *proxime*, seu *immediate* liberi sunt. Hinc vero manifeste fluit, fieri non posse, ut actus imperati vero sensu liberi sint, nisi eadem libertas primario actionibus eliciti, volitionibus nimis, et nolitionibus competat. Quare il omnem verae libertatis notionem funditus tollunt, qui eandem cum Lockio (*Essai phil. conc. I. entend. hum. t. 2. ch. 21. §. 22. surr.*), Collino (*Recherches sur la liberté.*), Voltaire (*Elem. de phil. de Newt. ch. 4. de la liber. de l'hom.*), Hobbesio (*L. de lib. et necess.*), Spinoza (*Eth. p. 2. prop. 43.*), Leibnitio (*Essai de Theod. p. 1. §. 51.*) item, ac ejus sectatoribus non in volendo, et nolendo, sed in agendo secundum volitionem, aut nolitionem constituant, sic enim hi fere ratiocinantur; *liberum*, quia nunc ago, *quod volo*, et *qua id est non agerem*, si

non vellim; et alias rursus agam, vel non agam, prout volevero, vel non volero. Certe, qui sic sentiunt, praeter strictam spontaneitatem animae nihil tribunt: prodidit arcuum istud Clarkius (*Dans la reponse à L. 2. let. d'un Savant de Cambridge.*) quasi sui oblitus, scribens ad theologum Catabrigensem: *principium actionis est potentia se ipsum movendi; principium istud est spontaneitas, quae inest in omnibus viventibus; ac in illis, quae ratione praelata sunt, libertas dicitur.*

Addidi porro in definitione: *habitis omnibus ad agendum requisitis*, cuius rei duplex est ratio. 1.) Omnis causa ad actionem requirit actuum primum proximum completum (ont. §. 145.); nam si requisitus necessarium desit, omissionis actus non libertatis, sed agendi impotentias adscribi debet, ut patet in gravi sustentato, aut in igne non applicato ad materiam comburendam. Accurate nimis hic distinguere debet posse non agere, a non posse agere; illud non hoc ad libertatem requiritur; haec quippe non per impotentiam agendi, sed per potentiam actionem suam suspendendam constituitur. 2.) Ad veram libertatem omnino pertinet posse etiam *habitis omnibus ad agendum requisitis* non agere, seu actionem omittere; ita enim arguo, nemo est, qui negat lapidem in labendo, ignem in usendo ligno esse causas necessarias; et tamen nec lapis cadit, nec ignis urit, nisi cum adiungt omnia ad labendum, et uendit necessario requisita; his vero positis non potest lapis non cadere, ignis non urere: ergo causa per hoc duxtaxat evadit causa necessaria, quod habitis omnibus requisitis nequeant non agere; igitur etiam ab opposito causa duxtaxat per hoc evadit causa libera, quod habitis omnibus ad agendum requisitis possit non agere. Dices fortassis, lapidem, ignem non esse entia stricte spontanea; nec proinde comparationem institui posse: quid igitur sed liberaliter agam. Substitutamus in locum lapidis animam helluae; quae praecipiunt per adversarios, stricte spontanea, nec tamen libera est; quod igitur statuta discrimen inter caussam stricte spontaneam, sed necessariam, et inter caussam stricte spontaneam, sed liberam? certe non aliud, quam illud ipsum, quod ante posui; nam iterum nulla causa stricte spontanea agit, aut agere potest, nisi habitus omnibus ad agendum requisitis: ergo discrimen istud queriri debet tum, cum iam omnia ad agendum requisita utrinque adiungunt; sit ergo causa a stricte spontanea, et necessaria, habeatque omnia ad agendum requisita; sit etiam causa b stricte spontanea, et libera, habeatque omnia ad agendum requisita; jam nunc, queso, edio discrimen istud. Ergo certe aliud non video, quam quod illa habitus requisita nequeat; haec possit non agere; est enim contradicitoriorum opposita ratio, atque haec agendi necessitas contradicitoriorum opponitur libertati.

QUID LIBERTAS INDIFFERENTIAS?

Hinc colliges ad veram libertatem pertinere, ut actus primus proximus voluntatis ad agendum expeditas non necessario connectatur

cum actu secundo; sive quod idem est ut nullum principium cum actu necessario connexum in actu primo proximo insit (vid. ont. §. 146.). Hac ex ratione philosophi postulant, ut actu primus proximus ex se, et natura sua *indifferens* sit ad actu secundum, possitque secundum se tam cum actu, quam cum eius omissione, non quidem *similis*, sed *disjunctive* componi; atque inde est, quod haec libertas vulgo *libertas indifferentiae* vocetur, qua tamen in resollicite cavendum, ne in aequivocationis vitium prolabamur. Cum dicimus animam habere libertatem *indifferentiae*, non volumus significare, animam in *statu indifferentiae* (§. 85.) quidpiam velle, aut nolle posse, absit hoc absurdum (§. 108. cor. 1.); o enim in *statu nondum omnia ad agendum requisita* habentur. Sed *indifferentiam* actu primi proximi completi intelligimus, quae in eo sita est, quod nulla existat necessaria connexio inter ipsum, et actu secundum, possitque posito eodem actu primo proximo vel ponit, vel omittit actus secundus: quae *indifferenta*, et in *statu cœquilibrii*, et in *statu prepondenti* (§. 97. cor. 2.) adesse potest.

NECESSITAS AD AGENDUM HABITIS OMNIBUS REQUISITIS LIBERTATEM TOLLIT — QUID LIBERTAS A NECESSITATE?

CXVI. *Omnis necessitas seu est intima naturae constitutione, seu ex quovis alio principio undecumque adventente profecta, qua voluntatem habitis omnibus ad agendum requisitis ad volendum, vel nonendum insuperabiliter determinat, libertatem tollit.* Haec enim necessitas tollit *indifferentiam* actu primi proximi completi ad actu secundum, ut in confessu est; atqui haec *indifferentia* est *necessarium libertatis constitutivum* (§. præc. sch.): ergo patet propositum.

Coroll. 1. Jure igitur cum saniore philosophorum parte hanc, de qua agimus, libertatem posthac *libertatem a necessitate compellabo*, qua *libertas a coactione immenso intervallo distat* (conf. 113. sch.).

Coroll. 2. Ens, quod in serie continua ita agit, ut status antecedens contineat rationem sufficientem subsequentem, necessitate naturas positis omnibus ad agendum requisitis ad actionem determinat, igitur liberè non agit, et ejusmodi ratio agendi cum libertate collateraliter nequit.

Coroll. 3. Comparet ad ens, et in se omnino idem est, seu determinatio ad agendum habitis omnibus requisitis proveniat a necessitate quadam naturae, seu a motibus, ita ut stantibus his motibus actio omitti nequeat; quam necessitatē aliqui *moralement* vocant, quod motiva non physico, sed moraliter agent; ergo etiam ideo *onus moralis necessitas libertatem tollit*.

Schol. Stoicorum quidam, de quibus Bruckerus (*Hist. critiq. phil.* t. 1. p. 931, seqq.) scribit; Leibnitius item, Wolffius (*Psych. rat.* t. 3. c. 4. §. 613.), aliqui defensores harmoniae praestabilitae, cujus hoc est præcipuum caput, ponent animam in continua serie

sueas perceptiones, et appetitiones, ad quas volunties per ipsos pertinent, efficere: quare libertatem, quam verbis adstrunt, reapse tollunt. Vid. Deneles (*Exam. du materialism.* t. 2. ch. 14. suis). Necessestam moralem cum Baumeistero, aliquis plurimis apertissime profitet Boehmius (*Psych. emp.* s. 2. c. 3. §. 498. not. 2.), cui sententiae, tametsi absolute falsae, omnes subscribunt, qui determinationem ad optimum tam in Deo, quam in hominibus admittunt (*conf. ont.* §. 37. sch.). Similiter pro hac necessitate morali arctiter pugnavit Clarkius (*Traité de l'exist. etc.* p. 1. ch. 11. pag. 229. item *Repons.* à l. 2. et 3. *lettre d'un savant de Cambridge.*); nec satis mirari possum: virum doctissimum in re adeo manifesta tantopere cœcutivisse. Quid enim? an non absolute necessarium est, quidquid sine contradictione alter esse nequit? an non autem contradicatio in eo latet, ut Deus non sit justus? ut vir sapiens; quā sapiens, nullo urgente motivo, sibi manus inferat; quae ipse ibi exempla profert? certe Deus justitia expolitus simul non esset Deus, et vir sapiens sibi sine motivo manus inferens simul non esset vir sapiens. Quid adtem refert, utrum contradicatio ex necessitate physica, utrum ex morali profuit?

NON OMNIS ACTIO NON COACTA EST LIBERA — QUAE LIBERTATIS DEFINITIONES REJICIENDAE?

CXVII. *Potest actio esse libera a coactione, quin sit libera a necessitate.* Omnis actio quicunque sensu spontanea (§. 105.) est libera a coactione (§. 113. sch.); sed non omnis actio spontanea est libera a necessitate: imprimis enim actiones late spontaneas in continua serie ita efficiuntur, ut status antecedens continet rationem sufficientem subsequenti (§. 105. cor. 2.), ac proinde necessariae sunt (§. præc. cor. 2.); deinde actiones etiam stricte spontaneae necessitate possunt vel ab ipsa entis natura, vel a principio undecumque adventiente, ut patet in mente nostra quoad perceptiones objecti rite propositi, quoad assensum veritati evidenti praestandum; quoad appetitiones, et aversationes boni, vel mali percepti, quoad amorem denique boni infiniti clare, ac intuitive cogniti: ergo potest omnino actio esse libera a coactione, quin tamen a necessitate immensus sit. *Coroll.* Aliud igitur est *sponte*, aliud *libere agere*: illud latius patet, quam hoc.

Schol. Omnes igitur definitiones libertatis, quae solam libertatem a coactione, sive spontaneitatem exprimunt, proptereaque optime eam absoluta necessitate ad actionem determinante consistere possunt, in aberrantium ingeniorum delirantibus habendas sunt. Hac pertinent Collini (*Rech. phil. sur la lib. de l'hom. prof.*): *libertas est potentia, qua homo gaudet faciendo id, quod vult, sive illud, quod ipsi placet.* Placetti, (*Eclair. sur la lib. p. 11.*): *libertas consistit in eo, quod ita actionum nostrarum domini sinus, ut possimus eas ponere, vel non ponere, prout voluerimus.* Jacquelot (*De l'exist. de Dieu p. 381.*): *libertas est potentia fa-*

ciendi illud, quod quis vult hoc puto, ut, si quis illud non vellet, non faceret, et faceret etiam longe aliquid aliud, si vellat. Lockii (*Essai phil. conc. l'ent. hum. l. 2. ch. 22. §. 8.*): libertas est facultas ponendi, aut non ponendi actionem sequentem determinationem, sive cognitionem mentis, qua unum alteri praeferatur. Voltairei (*Disc. sur l'hom. sur la lib. de l'hom.*): si tamen inter philosophos locum meretur; neque enim in illo litterarum genere vel umbram eruditioris paulo profundioris ostendit: eus de libertate nostra sensus hic est: qui percipit, vult, agit, in agendo liber est. Hic se denique adjungunt omnes veri Leibnitii sectatores, quorum agmen bone longam Wolfus (*Psych. emp. p. 2. s. 2. §. 94.1.*) dicit: *Animae libertas, ita ille, est facultas ex pluribus possibilibus sponte eligendi, quod ipsi placet, cum ad nullum eorum per essentiam determinata sit.* Winklerus (*Psych. c. 4. §. 718.*): *Animus noster, quia ex aequa possibilibus id, quod optimum esse judicat, eligere valet, liber est.* Baumeisterus (*Pneumat. §. 679.*): *Intelligis libertatem nihil esse aliud, quam facultatem entis intelligentis pluribus possibilibus, sive contingentibus sponte eligendi id, quod optimum judicat.* Idem esto de reliquo Baumgarteno, Boehmio, Blauequeto, Thammiglio, Wulfingero, aliquisque iudicium; mira enim consensio omnes in id conspirant, ut veram a necessitate, seu indifferentiæ libertatem, quae duce Leibnitio ut vanum Scholasticorum inventum explodunt, funditus revertantur. Sed cum his saepius per cursum, ac proprius congregiemur,

SINE REPRESENTATIONE BONI, AUT MALI NULLA EST LIBERTAS -- Igitur NEQUE SINE MOTIVIS, QUAR TANDEM -- NON SUNT RATIO SUFFIC. VOLITIONIS, ET NOLITIONIS.

CXVIII. Libertas sine praevia repraesentatione boni, aut mali exerceri nequit. Etenim exercitum libertatis est actio voluntatis (*§. 115.*); sed voluntatis praevia representatione boni, aut mali agere nequit (*§. 108.*): igitur neque libertassine praevia representatione boni, aut mali exerceri potest.

Coroll. 1. Igitur etiam voluntas sine motivis nihil libere velle, aut nolle potest (*§. cit. cor. 1.*): motiva proinde ad requisita pertinent, quae actu primum proximum voluntatis liberae constitutum (*ont. §. 115. sch. 1.*).

Coroll. 2. In actu primo proximo nullum principium necessario conexum cum actu secundo esse potest (*§§. 116. 115. sch.*): igitur motiva cum voluntibus, et nolitionibus liberti necessario non connectuntur, ita nempe, ut illi praesentibus volito, aut nolito omitti nequeat.

Coroll. 3. Posita ratione sufficiente ponitur rationatum, et quidem necessitate absoluta innixa principio contradictionis (*ont. §. 21.*): igitur motiva non sunt ratio sufficiens voluntis et nolitionis liberae, sunt tamen eadem motiva ratio sufficiens appetitionis, et aver-

sationis (*§. 92.*). Velix, ut lector hoc discrimen altissime in annum demittat.

Schol. 1. Hic scopulus est, in quem omnes Leibnitiani impingunt; cum enim ipsis voluntas sit appetitus rationalis, eorum quoqua opinione repraesentatio boni, aut mali omnis voluntis, et nolitionis ratio sufficiens est: unde posita has repraesentatione volito quoque, aut nolito necessario ponitur. Audi Wolfum (*Psych. emp. p. 2. s. 2. c. 1. §§. 887. 890. 891.*): *ratio sufficiens actuum voluntis, et nolitionis dicitur motivum. Motivum est repraesentatio boni, ac malum distincta. Quamprimum nobis distincte aliquid repraesentamus tamquam bonum quad nos, idem voluntus.* Hinc Baumeisterus (*Pneum. §. 682. sch.*) confidenter pronuntiant: *Concedimus equidem, quod anima positis omnibus ad agendum requisitis possit contrarium agere; sed N.B. si contraria motiva fortiora accesserint. Similis quoque Boehmius (*Psych. emp. s. 2. c. 2. §. 488. 493. not. 4.*) habet. Quis autem non intelligit, veram libertatis notionem cum hanc sententiam consistere minime posse (conf. §. sch. 2.)? Ne tamen nihil dicant, ad consultationem praevaricari configunt; verum istud, quale sit, paulo post videbimus.*

Schol. 2. Ad aliud extreum deflectunt illi, qui negant ante liberam voluntatem, sive electionem ullam boni, aut mali speciem in objecto esse (*L. de orig. mali, Journ. des savans du 16. de Mars 1705.*); sed illud per liberam, ac prorsus indifferenter electionem primo bonum offici contendunt. Kingii Dublinensis Archiepiscopi haec fuit opinio, cuius hoc fusse enunciatum: *placet, quia eligitur; non eligitur, quia placet;* in eruditorum diario referuntur. Nulla nimur libertatis definitione adhuc prolatâ contentus, arbitrii indifferientiam ideo extendit, ut bonitatem, ac volupatem non motivum, sed effectum voluntis esse docerent. Recensuit hanc sententiam et examinavit, et suam fecit Hoockius (*Rel. nac. et reprob. s. 1. p. 2. Eih. et s. 1. ar. 1. de liber.*). Afferunt, inquit, in mente esse vim vero, et proprio sensu sui ipsis determinatricem, quae neque ab intellectu, neque ab appetitu, neque a bonitate objectorum, neque a molestia aliqua sensibili, ut aliqui loquuntur (*Locke*) determinatur: sed ubi ipsi agendi motiva creat; et intellectu uititur tamquam face, ut possibilia actu ab impossibili discernant. — *Hujus facultatis exercitum ita gravatum esse docent, ut res maxime indifferentes sola electione grata efficiantur: sicut enim terra nullius est natura, cedis vero in jus occupantis, atque ex ipsa occupatione jus oritur; haud secus arbitrium res eligendo, eas quasi occupando facit suas, et sibi convenientes, et gratias; rerum vero, quae naturaliter gratae sunt, congratulante intendat, et augeat, atque rerum natura ingratarum molestiam minuat: hincque existere optimum, et excellentissimum naturae munus, cuius opere in omni plane se volupratem quærere et invenire possu-*

mus. — Verum inenodabiles sunt difficultates, quae contra hanc sententiam pugnant: pugnat certe sensus intimus, quo constat nos felicitatem naturaliter appetere, semperque voluptere, aut tedium ex cognitione boni, aut malii oriundo ad agendum allici, et incitari: pugnat deinde usus legum, poenarum, et praemiorum in omni republica obtinens; cuius enim, ut bene advertit Baylius (*Respons. an Provinc. c. 90. t. i. p. 221.*), utilitatis forent praemia, aut poenae, si homines nulla bona, aut mali specie tangerebantur; pugnat demique tota philosophia moralis, cuius hoc est fundamentum, aeternam esse in rebus ipsis bonitatem, aut malitiam, ob quam alias legibus praecepit, alias veteri a sapientissimo Conditoris debuerint. Cum igitur neque bonitas, aut malitia objectorum cognita nos invite ad agendum determinet, neque tamen prorsus nihil agere non possit, media via, ut fere tutissima, ita hic quoque verissima est; quare dicendum, voluntatem nostram sine motivis nihil velle aut nolle posse; posse eam tamen etiam stantibus motivis non velle, aut non nolle.

LIBERTAS PENDET AB INTELLECTU ET RATIONE.

CXIX. Libertas pendet ab intellectu, et ratione. Imprimis enim, cum voluntas sit pars suprae arbitrii, sive spontaneitatis (§. 103, cor. 1. sch.), consequens est, ut ea boni, vel mali representatio, si ne qua ipsa libere velle, vel nolle nequit (§. 54.); distincta sit; atque distincta representatio ab intellectu efficitur (§. 56.). igitur voluntas in libere agendo ab intellectu pendet. Deinde nihil potest distinete ut nobis bonum vel malum representari, nisi quoque ejus cum nostra perfectione, vel imperfectione nexus distinete percipiatur (§. 83.): sed id ad rationem pertinet (§. 67.); ergo et a ratione libertas pendet.

Coroll. Ens igitur, quod intellectu, et ratione destituitur, verae libertatis capax non est.

Schol. Vi libertatis minime perfectum in nostras actiones dominium obtinimus; istius vero enti solum intellectu, et ratione instructo competere potest: neque homo, ut homo, operari diciatur, nisi cum intellectu, et ratione operetur; cum enim per has facultates a bruis discernamus, etiam haec solum actiones a brutorum actionibus diversas erunt. Atque inde est, ut, cum quidquam sine sufficienti intellectu, et rationis usu agimus, illud per conscientiam nobis quasi non tribuamus; nec quisquam ob actionem malam in punctionem, aut amentis positam culpas se reum agnoscat, licet eam cum vehementi appetitione perficerit, quod nempe sufficienti attentione, reflexio, reliquaque intellectus, et rationis operationes defuerint. Probe tamen hoc loco advertendum, quod alias montimus (§. 56. sch. 1.), facultates mentis nostrae, licet rectissime distinguantur, raro tamen seorsum operari: cumque intellectu puro in hac animi cum corpore coniunctione non utamur (§. 61.), semper aliquas representationes confusas, et appetitiones sensitivas cum perceptio-

nibus distinctis, et appetitionibus rationalibus concurrens, quae plurimorum saepe errorum causa est.

QUID JUDICIO THEORETICUM, ET PRACTICUM — QUAS QUESTIO DECIDENDA.

CXX. Judicium intellectus theoreticum hoc loco illud dicitur, quod rationem boni in objecto renunciat, ac propterea quasi affirmat, illud eligibile esse; **judicium vero intellectu practicum**, quod penitatis omnibus adjunctis definire pronunciat objectum esse actu eligendum, ac inde ultimum vocatur.

Schol. Disputant philosophi, utrum semper adesse debeat aliquod practicum intellectus judicium, quo voluntas ad objectum percepit, ipsum volendum, vel non volendum ita determinetur, ut neque absque eo quidquam velle, aut nolle; neque eo jam posito volitionem, aut nonitionem omittere queat? Quid de hac questione ad naturam libertatis penitus cognoscendam per necessaria sentiendum sit, ex sequentibus patet.

VOLUNTAS NON EGIT PRAEVIO JUDICIO PRACTICO.

CXXI. Voluntas non egit praevio judicio pratico ad aliquid libere volendum, vel non volendum. Voluntas potest absque previo judicio pratico habere actum primum proximum compleatum ad aliquid libere volendum, vel non volendum; neque enim praeter motuum aliud quiddam requiri cum ratione asservit; quin judicium illud practicum, cum per adversarios foret necessario conexum cum actu secundo, nec potest inter constitutiva actus primi proximi locum habere (§. 115. sch.); ergo voluntas non egit praevio judicio pratico ad aliquid libere volendum, vel non volendum.

Schol. Sane ex eo, quod voluntas non feratur in incognitum, numquam hanc necessitatem extundent; objectum enim non est amplius incognitum, cum jam vel per simplicem representationem, vel etiam per aliquod judicium theoreticum ut bennum voluntati obiciatur. Accipe paritatem: ad hoc ut visum in objectum feratur, necesse non est, ut objectum applicetur ut visum vel videndum, sed sufficit, si modo applicetur ut visibile: igitur etiam ad hoc, ut voluntas objectum libere velit, necesse non est, ut illud per intellectum ut eligendum proponatur, sed sufficit omnino, si ut eligibile representetur. Idem est, si plura concurrent bona, etiже inaequalia: neque enim etiam tum necesse est, ut praecedat judicium practicum, quod unum alteri praferendum esse jubeat.

MINUS AB ILLO DETERMINATUR.

CXXII. Voluntas ad aliquid libere volendum vel non volendum necessario non determinatur a praevio judicio pratico. Sit enim ita: erit igitur illud judicium vel actus absolute necessarius, vel liber. Si primum: actum est de libertate, quae facultas est habitus omnibus requisitis volendi, vel non volendi (§. 115.), quin nec illus libertatis usus esse posset, quippe nec in judicio necessario, nec in volitione per judicium necessarium determinata. Si alte-

rum: unde haec judicil libertas? an quatenus, efficitur ab intellectu: an quatenus imperator a voluntate; illud esse nequit; omnium enim consensione intellectus non est facultas per se, et formaliter libera: ergo hoc; at vero si judicium illud praevium imperatur a voluntate, quare, illa volito imperans judicium praevium determinatum ab alio judicio praevio, vel non? si alias; redibit semper eadem quaesitio, que in infinitum iterata absurditatem sententiae manifestat; si neges; jam in confessu est, voluntatem non semper, et consequenter ob paritatem rationis numquam a judicio praevio ad suas liberas volitiones, et dolitiones determinari; nisi ad summum vi allocutus prioris volitionis liberar, a qua reliqui actus imperati libertatem partcipent: ergo voluntas ad aliquid libere volendum, vel nolendum a praevio judicio practico necessario non determinatur.

Schol. 1. His accedit, quod non apparent, unde judicium intellectus efficaciam invicta determinandi voluntatem mutuari possit; quam certe non habet ratione sui; nam ad intellectum solum pertinet voluntatem illuminare, ac ejus operationes dirigere, quemadmodum contra soli voluntati proprium est, per suum imperium alias potentias efficiunt ad agendum determinare. Sed neque hanc efficaciam intellectus obtinet ratione objecti percepti; nullum enim bonum finitus potest voluntatem, quae nullo tali bono exaltatur, ad sui amorem necessitate, hocque solum bono infinito clare, et intuitivo cogniti convenit. Quare, qui hanc opinionem tenuerit, intellectu, et ratione, quae omnis libertatis radix est, ad eam revertendam abutitur. His cum S. Bernardo (*Tract. de grat. et lib. arb. c. 2.*) dictum velim: *Habet sane (voluntas), quoniamque se volverit, rationem comitem, et quodammodo pedisse quam non quod semper ex ratione, sed quod numquam absqueratione moratur, ita ut multa faciat per ipsam contra ipsam;* hoc est, quasi per eum ministerium contra ejus consilium. — *Est vero ratio datus voluntati, ut instruat illam, non ut destruat: destruerit autem, si necessitatem ei ullam imponere, quo minus libere pro arbitrio sese volveret, sive in malum consentiens appetitu, — sive ad bonum.* — *Stingquam horum quodlibet prohibent ratione voluntas non posset, voluntas jam non esset; ubi quippe necessitas, jam non voluntas (libera).* Sed sent quae-dam, quae adversariis favere videntur. Ajunt nempe.

SOLVUNTUR DUMI.

1.) Voluntas numquam aliquid vult absque praevio judicio practico: ergo ab eo determinatur.

R. *Trans. ani. n. con.* Tametsi voluntas numquam aliquid vollet si-ne praevio judicio practico, non tamen inde sequeretur ipsam ab illo determinari; sed hoc aliquid comprobari debet; fieri quippe posset, ut sit solum quedam objecti applicatio; quemadmodum ignis semper urit, cum ad materiam applicatur, et sine his applicatione numquam urit, quin tamen propterea haec applica-

tio ignem ab undum determinet. *Transmisit* deinde antecedens: quia licet istud frequenter eveniat, non tamen absolute necessarium est; sufficit enim simplex boni representatio, quin verum judicium formetur. Quid? quod judicium illud practicum, sine quo fere nihil volumus, rem accurate expendendo, non tam volitionem ipsam antecedat, quam comitet; eo enim momento, quo voluntas aliquid libere decernit, simul intellectus judicat esse volendum, et aliis potentibus impetrandum ut ea exequantur, quae ad possessionem objecti volunti requiruntur. Neque dicit potest, voluntatem agere non posse, quamvis judicium intellectus est indeterminatum, judicium enim indeterminatum needitur, nec dari potest; judicium quippe vel existit, vel non; in priori casu determinatum est, sive determinate existit; in altero non est, ergo neque indeter minatum est.

2.) Voluntas numquam aliquid vult contra practicum, ut ultimum in intellectus judicium: ergo.

R. *d. ant. hoc sensu:* quod voluntas numquam non velit, quando actu vult; *c. ant. hoc sensu:* quod ita aliquod judicium praevium sequatur, ut illud necessario sequi debuerit; *n. ant. et cons.* Judicium praevium, quod sit ultimum, ob ipsa voluntate habet, sive tum est ultimum, quando voluntas jam vult; inde utique certum est, contra hoc voluntatem agere non posse, quia simul velit, et non vellet. Interet tamen, quia nullum judicium praevium eius modi est; ut ab eo voluntas ad voluntinem elicendiā necessiteretur, neque ipsa ab illo judicio practico determinatur, sed potius in illius potestate constitutus efficeris, ut aliquod judicium sit ultimum, vel non. Sic si voluntas, quod fieri potest, sequatur hoc judicium ultimum, ut sua utatur libertate, hoc ipsum ab eo pendet; ipsa enim intellectu illud imperat, ac per suam volitionem actualē effectit, ut sit ultimum.

3.) Voluntas est de se quod dici solet, potentia caeca; item non potest propendere ad malum; atqui si non determinaretur a judicio practico, ea non esset potentia caeca, possetque in oppositum malum propendere: ergo.

R. *c. M. n. m.* Voluntas ideo solum caeca dicitur, quod numquam agit, nisi ipsi intellectus quasi faciem praferat, quod fieri potest vel per simplicem representationem, vel per judicium theoreticum, vel etiam per practicum, quin illa inde necessitas inferatur; tamenetsi enim objectum bonum esse judicem, non continuo illud velde debet, nisi simul judicem illud esse bonum necessarum, seu infinitum. Neque etiam sequitur voluntatem posse propendere in malum oppositum: nam vel tantum omittet volitionem, vel propendebit in bonum oppositum; ut cum quis ad vitam commodiū agendum libere vult malas artes, rapinam, furtū etc. potest, utique eipsi voluntas immo etiam deheret propendere in bonum oppositum, nimis in bonum honestum qua tale cognitum; ut contentus suis nemini injuriam inferat.

4. Si voluntas non determinaretur a iudicio pratico, posset quis peccare sine praevio errore in intellectu; sed hoc fieri nequit dicendum: errant qui operantur malum (*Prov. c. 14, v. 12. Eth. l. 3, c. 3.*). Addunt etiam illud Aristotelis: omnis peccans est ignorans: ergo.

Rq. c. M. n. m. Cur fieri nequit, ut quis peccet sine praevio intellectus errore? nonne potest bonum ut mixtum malo, aut malum bono mixtum representari, virtus ut honesta, at simul ut ardua, virtus contra ut turpe, at simul ut delectabile; nonne angelorum primique homini peccatum ab ignorantia, aut errore profectum non est? illud autem, quod ex S. litteris adiutor, intelligendum est vel de errore intellectus subsequente, vel de errore voluntatis; nam et haec recedendo a vera bonitate, et regula morum errare potest: quemadmodum ille, qui a recte trahite recedit, errare dicitur, et si intellectus vere iudicet. Et quoniam adversarii S. litterarum auctoritatem pugnare placet: consimile ipsi opponere licet: scienti bonum facere, et non facienti peccatum est illi (*Jac. 4. 17.*) Ceterum fatendo, quod res est, raro omnino videtur voluntas labi, quin quidam error, aut defectus in intellectu praecedat, vel enim ipsa neglegit considerationis plurium rationum ac motivorum, quod saepe fit, ignorantia quadam practica dici potest, iudiciumque inde ortum actus imprudens: atque hoc sensu alatum Aristotelis effatum commode explicatur.

Schol. Argumentatio supra adducta valet quoque in Lockium (*Ess. phil. sur. l. ent. hum. l. 2. ch. 21. §. 29. 32.*), qui putat voluntatem semper ab aliqua inquietatione (*Uneasiness*), vel desiderio ad agendum determinari, et generationem in omnes eos, qui totam libertatis naturam in prævia quadam deliberatione, sive, ut ait, consultatione constitutum. Ita videtur sensisse Clericus (*Bibl. chris. t. 12. p. 103. 10. De leg. nat. pos. c. 1. §§. 44. 45.*), cum ait: *Libertas consistit in indifference deliberantis voluntatis; nam quandiu ipsa deliberat, libera est usque ad illud momentum, quo agit.* Clarus perillustrius de Martini: *Arbitrium, quo rationis ope determinari potest, liberum dicitur, seu libertas; homo igitur, qui rationis usum habet, libertate est praeditus. Et si vero intellectus rebus evidenter assentiri, voluntas vero generatim in id inclinare, quod videtur bonum, aut fugere, quod videtur malum, debeat, salva tamen est facultas rei certitudinem pentius examinandi, tum de eius bonitate, et malitia peculiariter consultandi, et sese interim cohibendi, in quo libertas sita est.* Est denique hæc opinatio plurimorum ex Leibnitiana familia; cum enim illi representationem boni, et mali statuant rationem sufficientem volitionem, et non libaram (*§. 18. sch.*), etiam principii hujus consecratio non inficiantur; docent nimur posita, aut ablata representatione boni, et mali, ponit, aut anteriori volitionem, et non libram; posita duplii representatione doni, una majoris, altera minoris, ponit volitionem majoris.

ris; posita duplii representatione duorum bonorum aequalium nullam ponit volitionem eo, quod aequales boni rationes colliduntur ac se detestant, nisi levicula saltet, ut ait Wolffus, ratio undeum demum accedit. Si jam ex his quaeras, quo pacto cum his principiis libertas a necessitate stare possit; si arguas ex representatione boni vi principii contradictionis sequi volitionem; siue ex ratione sufficiente rationatum, hanc porro representationem boni in nostra non esse potestate, esse deinde ex logicis certum, ex duobus praemissis quodam materiam necessariam non posse sequi conclusionem, nisi aequa necessariam: si inquam hoc, vel simili modo ipsos impugnes, audies tibi reponi: *in eo totam, qua gaudemus libertatem consistere, quod in nostra sit potestate rationem inconsilium vocare, motiva accurritus expendere nova conquirere, ab aliis mente abstrahere ac ad alia convertere, verbo maturam deliberationem, ac consultationem instituere, ac si denique velle illud, pro quo fortiora motiva, major boni species comprehensa fuerint* (*Pogg. ch. emp. s. 1. c. 3. §. 4. 4.*) *Quoniam eum in finem deliberari, verba sunt Boehmici, ut quod coveniens est velis, nunc denuo vis. Sed expugnemus hanc refutacionem.*

LIBERTAS NON CONSISTIT IN CONSULTATIONE PRAEVIA.

CXXIII. *Vera a necessitate libertas non consistit, in consultaione volitionem praecedente.* Vel illa consultatione prævia cum omnibus actibus ad eam requisitis pendet ab aliqua volitione antecedente, vel non? Si non; ea est actus absolute necessarius; actus enim intellectus a voluntate non imperatus est absolute necessarius, et generatim, quod nec *elictive*, nec *imperative* a voluntate pendet, nulla ratione liberum esse potest; sed actus absolute necessarius consultationis qui fat, nequaquam intelligi potest; nec, si positis, constiuentia, explicanda, aut salvanda ullo modo libertati a necessitate servire potest: ergo consultatio volitionem in praecedens non est actus necessarius. Assumamus jam aliud membrum, pendeat igitur consultatio a volitionem a praecedens ab alia prævia volitione b; quare rursus, haec volitio b pendente nova consultatione prævia c, vel non? si ita: redit eadem quaestio quae vel in infinitum, quod apertere repugnat, continuari poterit, vel tandem in aliqua consultatione absolute necessaria terminabitur, si non: id est, si volitio b consultationem a praecedens non pendeat a prævia nova consultatione b, jam habeatur liberum volitio absque prævia consultatione: ergo vera a necessitate libertas non consistit in consultatione volitionem praecedente.

Coroll. Qui igitur totam nostram libertatem in prævia consultatione sitam esse putant, ex his tribus unam admittere coguntur; vel seriem infinitam volitionum, et consultationum subordinatarum, vel consultatione unam aliquam absolute necessariam, a qualibet libera voluntate pendet; vel denique liberam mentis potestatem sese absque specie majoris boni ad volendam, sive eligendam consultatione-

nem determinandi. Primum omnem volitionem liberam absolute impossibilem efficit; nequit enim series infinita umquam pergrari; alterum libertatem a necessitate tollit; quod enim cum necessario conexum est, necessarium quoque sit, oportet; ultimum si fatigantur arcem produnt.

Schol. Ita enim argumentari permittit; potest mens nostra se absque specie majoris boni pro sua potestate, et arbitratu determinare ad instituendum consultationem, sicutque suam, quaecumque ea sit, indifferentiam, vel aequilibrium sine ratione sufficiente ab extrinsecus aveniente tollere: ergo etiam potest se mens nostra pro sua potestate, et arbitratu absque specie majori boni determinare ad obiectum, quod ut bonus representatur, immediate volendum: ac proinde quoque ad eligendam alterutrum ex duobus bonis aequalibus propositis sine ulteriori inquisitione. Accedit denique, quod praetensa hacc Leibnitianorum consulta in ipsorum principiis habere nunquam posse, id quod hoc argumentatione conficitur: mens nostra vel est in statu perfectae indifferenticiae (§. 85.), in quo nullum ipsi bonum representatur, tumque deficiente omni ratione sufficiente nihil prorsus velle, nec proinde etiam consultationem eligere potest: vel habet representationem boni unius, aut duorum inaequalem, tumque ob positam jam rationem sufficientem vi principi contradictionis statim sequitur voluntio illius unius, vel majoris ex duobus bonis, ut pro rationatum, quia illius praeviae consultationi locus relinquatur; vel denique mens instau perfecti aequilibrii (§. 97.) constituta bona aequaliter perficitur, qui causa potissimum ab ipsis assignatur; potest enim in eo non possibilem modo, verum et necessariam esse consultationem praeviam (*Essai de Theod.* p. 1. §. 49. et alius passim). Ad imprimis hinc rursus alla representatione, quae ipsam consultationem instituendum sub specie boni exhiberet, necessaria foret; deinde ipsorum princeps Leibnitz acerrime contendit statum perfecti aequilibrii absolute repugnare; igitur status ille, in quo solo ea consultatio locum habere posse videtur, numquam obtineat, consequens est; ut etiam ipsa consultatio nunquam institui possit.

Ceterum cum conscientia teste frequenter de rerum electione deliberares, ac consultare solemus, probe advertendum est, id genus consultationem minima requiri ad volitionem, seu electionem qua libera, sed solum *qua providam, et prudentem*; ad illam enim sufficit representatione boni. Quare si qua consultatio institutor, ea pendet a voluntate, estque actus ab ipsa imperatus, adeoque et voluntarius et liber: inde etiam saepe homines ob ejus neglegctionem paenam, et reprehensione digni sunt, praesertim si res majoris momenti agatur. Deliberamus igitur libere, non ut libere velimus sed ut vera bona libere velimus, utque volitiones nostras liberas ad rationis prescriptum conformemus.

C A P U T . III.

De Existento Libertatis Humanae.

EXISTENTIA VERAE LIBERTATIS DEMONSTRATUR PRIMO EX SENSU INTIMO.

CXXIV. *Anima humana gaudet vera libertate a necessitate.*
Indubitate est animam humanam hac libertas gaudere, si ea semper ipsam pro arbitratu, et delectu suo ita efficienter determinet ad volendum, quod vuln. ut persistentibus illisdem adjunctis, ac incitationis possit sese etiam determinare ad non volendum, vel etiam ad nolendum, aut vel ad voluntum aliud; atque remita se habere sensus intimus luculentem testatur ei saltem, quia animi sui sensa attentius perscrutata fuerit: anima itaque humanam vera libertate a necessitate gaudere certissimum est.

Schol. 1. Locus hic non est, ut firmitas argumenti ex sensu intimo petit pluribus demonstretur: actum est ea de re in logica (§. 166.). Id unum addos: qui validiore cum Spinoza, et Baylio rationem postulat, ille certior esse cupit se esse liberum, quam se esse cogitare, aut omnino existentem. Assumptae autem propositionis veritas adeo evidens est, ut negari non queat nisi ab eo, qui repudiata conscientia sua voce, vel anticipatis opinionibus vel distractis animi affectionibus agitatur, velut extra se abripitur. Agnovit hanc vocem: Tullius, cum ait (*Qq. Tusc. l. 2. c. 23.*): *Sentit animus se moveri; quod cum sentit, illud una sentit, se vi sua, non aliena moveri.* Ad eam itaque in praesente hac questione praecepit provocandum est, et signi pertinaciores sint, non tam argumentis urgendi, quae admodum videntur, ut serio, positisque omnibus praedictis opinionibus animum ad sometipsos faciant. Profecto ex solo hoc animi sensu, et libertatis nostrae conscientia idea verae libertatis, qua omnes homines imbuti sunt, ortum obtinere potuit, nam, ut praeclarus adverteret Hockius (*Rel. nat. et rev. princ. t. i. p. 2. Ethic. art. i. de lib.*) *Admirabilis quedam res esset, si causae necessariae suiderent, non omnes causas esse necessarias, aut si ex necessariis inclinationibus nasceretur sensus libertatis.* Et nonne saepissime evenit, ut excitata in mente appetitio versus obiectum quoddam unde propositum, quae nos ad volitionem, sive electionem incitat, nequaquam tamen ejus impetum sequamur; aut, dum sequimur, tam certo sciimus non posse etiam non sequi, quam certo sciimus non reaps illum sequi? Scio exempli causa, posse me pro arbitrio velle considerationem cuiuscumque rei, quae sub notitia cadit, elevationem, vel depressionem manum, deambulationem, vel sessionem et ejus continuationem, eique, qui id in dubium vocaverit, surgendo, elevando, deprimento manus etc. ipso facto hanc meam libertatem demonstrare.

Schol. 2. Verum ut nulla est opinio adeo absurdia, quae non suos inter philosophos patronos inveniat, ita quoque nulla est veritas Storchiana *Metaph.* Lib. IIII.